



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

42 Onera subire non tenetur emptor census ad formam constitutionis Pii
V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

factis est notum per totum orbem, quòd, ut plurimum potentes creditoribus satisfaciunt, quando illis magis videtur commodum. Quapropter videmus, quòd regulariter lite beneficiali pendente, non potest alter collitigans potentiorum in jure suo subrogare. Gomez in reg. de subrog. collitig. q. 1. n. 2. & recipiens patrociniū potentioris punitur in amissione causæ, las. in l. 1. n. C. ne lic. pot. patroc.

37 Tercio principaliter, † licet regulariter obligatus ad certam quantitatem certa die sub pœna solvendam, si non solvit, ad pœnam teneatur; c. suum ext. de pœn. & l. stipulatio ista §. alteri ff. de verb. oblig. tamen propter moram solvendi censum, etiam quòd pœna apponatur, obstat dicta constitutio, ne debeatur. ut in ead. constituit. §. pact. continentia.

38 Quarto † quamvis debeatur interesse lucri cessantis, præsertim, si conventio de illud incurrendo præcedat. c. conquestus. junct. glo. de usur. & l. 3. ff. de eo, quòd cert. loc. per d. constitutionem tamen est prohibitum in contractu censuali dictum interesse, quapropter exigi non potest, & licet pacta † quantumcunque nuda de jure canonico sint servanda cap. 1. ext. de pact. & naturalis æquitas suadeat, quòd pacta serventur. l. 1. l. legitima, & l. juris gentium ff. eod. tit. obligationes tamen solvendi certas impensas, & salaria, impensas juramento partis liquidandas, quæ olim, ut plurimum in emptione censuum præstabantur, hodie non tenent, Navar. eo. com. n. 93. vers. secundum, & vers. tertium.

40 Quinto, † nec tenet obligatio de subeundis oneribus, quæ aliàs ex natura contractus non debentur, ut in ead. const. ibi,

sicut etiam, &c. & quia regulariter in censuum emptione, & venditione venditor census promittit censum defestri in semestre, & in fine cujuslibet semestris solvere liberè, & sine aliqua exceptione, quatenus dicta verba importarent aliquam immunitatem esset nullus momenti, ut concessa contra naturam contractus, quia † onus impositum rei sequitur rem, quocunque vadat. clem. junct. glo. in ver. solita, de cens. l. rescripto, §. sciendum ff. de numer. & honor. & Craver. conf. 117. nu. 5. par. 2. Emptor enim census percipit pensionem ex re, super qua est imposita; & idè pro rata onera subire tenetur, cum sit naturæ consonum, illos non recusare onera, qui rerum comoda consequuntur. ea. clem. 1. in princ. c. qui sentit. de reg. jur. in 6. neque enim ferendus est is qui lucrum amplectitur, ut onus ei annexum contemnat. l. vnic. §. pro secundo. in fin. C. de cad. tol. & in terminis census ad formam constituit. Pii V. impositi, ea tributa, quæ imponuntur ratione donorum cujusque aut pro quantitate reddituum prædiorum, ex quibus tributa exiguntur partim spectare ad dominum prædii, & partim ad dominum census, pro quantitate juris, quod ad fructus eius prædii habet, tenet Mol. in tract. 2. disput. 391. cla. 7. ante med. & Rapic. in dialog. de usur. fol. 74. Quibus tamen † non obstantibus emptor census ad formam constit. Pii V. non tenetur concurrere ad onerum solutionem, quia vnicuique licet ex arbitrio, onus rei suæ injungere, cum in re sua quilibet sit moderator, & arbiter. l. in re mandata C. mand. l. sed etsi lege. §. consuluit. ff. de petit.

Petit. Iher. Quapropter pater potest omnia sua bona vendere, & projicere in mare non obstante præjudicio liberorum. *glo. in l. 1. in ver. ex duabus. circ. med. C. de inoff. donat. & Cravet. d. conf. 217. n. 1. & 2.* & supra in contrarium deducta procedunt, & habent locum in contractu censuali antiquo, in quo transfertur dominium directum, & utile, ut supra in principio deduxi, hoc enim casus, in quem fuit translatum dominium, tenetur ad onera, quia cum illa res sit allibrata, & catastrata, cum onere suo transibit in quemlibet singularem successorem, *l. cum fundo ff. de servit. rust. prad. l. 3. C. de servit. Bart. in l. si ff. de nov. op. nunciat. Crau. eo. cons. nu. 3. & Gab. conf. 47. num. 6. vol. 1. quemadmodum si ecclesia ꝑ acquirat rem feudalem, obligatur ad onera vassalli, quia transit res ad ecclesiam cum onerere feudi. *Inn. in cap. verum. n. 2. de for. comp. Bart. in l. pl. acet. n. 3. Ias. nu. 21. in 2. lect. C. de sac. san. Eccles. & Cravet. eod. conf. 217. n. 5* sed valet ꝑ argumentum à censu hujusmodi ad pensionem, quia quemadmodum census, ita & pensio in temporalitate consistit. *Gomes. in reg. de infirm. resig. q. 16. numer. 2. Pet. Benint. decis. 49. numer. 6. & Put. decis. 202. numer. 3. lib. 3.**

45 Ideo licet ꝑ pensio imposita super beneficio, regulariter pro rata ad decimas, & alia onera concurrere debeat, cum sit pars fructuum. *Put. decis. 5. lib. 1.* plerumque tamen reservatur libera, immunis, & exempta ab omnibus oneribus ordinariis, & extraordinariis, impositis, & imponendis, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, Du-

cum, & aliorum quacunque ac quavis occasione, vel causa. etiam pro expeditione contra Turcas, etiam, quod in in decimarum impositione caveretur expressè, quod pensionarii quicunque pro rata contribuere tenerentur, quo casu debetur libera, cum ꝑ Papa sit semper honorum Ecclesie administrator. *Innoc. in cap. novit. de sent. excom. Abb. in cap. constitutus. num. 13. de relig. domib. & Navar. de spol. Cler. §. 9. num. 2. tom. 1. & de illis arbitrio suo disponere possit. Abb. in cap. magna. num. 17. de vot. & vot. redemp. & cum in re sua quilibet sit moderator, & arbiter. *l. in re mandata C. mand. Abb. conf. 26. in prin. part. 1. cum aliis supra deductis.* emptor ꝑ enim census non emit rem, neque annum redditum rei, sed tantum jus exigendi pensionem super illo fundo impositam, dominio nihilominus apud venditorem permanente, *Card. Tolet. in instrum. sacerdot. lib. 5. cap. 42. vers. quarta particula. de cens. & Molin. in tract. 2. disput. 390. §. claus. in princ.* Ideo non est contra naturam contractus, quod quis vendat hunc censum, firmis remanentibus omnibus oneribus super fundo, super quo potest quis apponere onus servitutis, & hypothecæ, illud obligando pro solvendis collectis, quia istud erit aliud onus separatum, & additum aliis oneribus, ꝑ & cum liceat propriam rem alienare, à fortiori super ea permittitur oneris impositio *cap. cui licet. de regul. jur. in 6. & Ias. in l. in actionibus numer. 13. 14. & 15. ff. de in lit. jur. & census integre persolvi debent, ad formam, & rationem dictorum septem pro centenario,**